principio surit? Si quis vero percunctetur, qualia
peccata in homines conferts? quae cunque fabricatus est
Deus et totam ipsam rerum compositionem ac gubernationem
vituperunt: ut jam si quis demonstret omnia bene, et
necessario facta esse, et fieri necesse est, evidat eis et
avolet ratio contrarii principii; cum n. ea quae infra sunt
non intellexissent, quomodo habeant de iis, quae sunt
supra, sunt conventi; neque percepissent, quo ea,
quae videntur, disposita sint, id quod non videtur,
calumniati sunt; et cum studere viderentur, ut cogno=
scerent, quae non cognoverunt, in majorem ignorantiam
inciderunt, etenim velut in tenebris quaererent, quae
de iis quae apparent, ignorabant, non solum non invene=
runt, quod quaerere videbantur, quin potius majores
ignorantiae tenebras sibi offuderunt: nos vero primo
de duobus principiis contrariis, quae ponunt, differentes
ad conclusionem argumentationis de universo venienus,
esse scilicet bona et necessaria omnia, et illa maxime
ut superius dixi, in quae maximum impetum et incursum
faciunt, quasi omnium consensu mala sint, praeterea
etiam omnium rerum gubernationem, atque illa in quibus
severitatem providentiae, qua, quae magis necessaria
sunt, procurantur, improbant; et non solum haec, d.
de iis etiam, quae apud homines injuste fiunt, neque
propter haec principium mali contra Deum oportere cogitare;
docebimus enim hoc etiam bonitatem Dei, qui nos fe=
cit declarare; et neque ab hominibus fieri secundum
voluntatem Dei, nec ex principio quopiam contrario in nos
ferri. Igitur aggrediamur deinceps ad principium
impietatis illorum convenientia, inquirentes, utrum no=
tiones naturales contraria principia rerum admittant
si enim ne consententia quidem admittunt, multo
minus pugnantia; scribens igitur ille ipse furens
Manichaeus, ubique incipit; erat Deus et materia;
lumen et tenebrae; bonum et malum in omnibus summe

Contra=